

DECISIO.

Num. 11.
Et fides, &
Philosophia
doceunt ani-
mam ratio-
nalem esse
immortalē.

Reſolutio. Deſide tenendum eſt, & etiam ſe-
cundūm rationes Philosophicas, quōd ani-
ma rationalis ſit immortalis ex natura ſua: dictæ
tamen rationes Philosophicae demonstratiæ
non ſunt, ſed tantum topicæ, quæ tamen debent
ſufficere ad patefaciendam veritatem in re tam
difficili, ita vt D. Augustinus 13 de Trinitate c. 8.
afferat difficile eſſe alſtruere virtibus naturalibus
animas immortalitatem, paucique ex Philosophis
illud aſſecuti ſint. Adde quōd ad principia
lora argumenta, quæ pro anima immortalitate
naturaliter colligenda afferi ſolent, reſponſum
eſt, pleraque ſolum intendunt probare eius ſpiri-
tualitatem: ſed vt viſum eſt, ex ſpiritalitate non
neceſſariſſi colligunt immortalitas.

Quod ſi dicas: Spirale non habet con-
trarium, ergo neque deſtructiūm ſui, & per con-
ſequens ſpiriale eſt ex natura ſua immortale.

Reſpondeo negando conſequiam: nam
lumen non habet contrarium, item nec ſonus,
ergo neque deſtructiūm ſui, quod tamen eſt
fallūm.

Itaque concludamus, quōd licet rationes
maxime apparent afferantur pro anima rationali
immortalitate, attamen non ſunt rigorofæ,
vt ita loquar, demonstrationes, & vt verum fa-
tear, tota difficultas circa anima rationali
immortalitatem, & ſpiritalitatem in hoc praefer-
tim poſta eſt, quomodo anima rationalis ſpiri-
talis eſt, & per conſequens indiuſibilis
poſſit informare corpus diuſibile? non enim
aliam difficultatem animaduerto in admittenda
anima rationalis ſpiritalitate, & per conſequens
immortalitate niſi in explicando, quomodo for-
ma indiuſibilis poſſit informare diuſibile? R. p.
hoc enim nullā ratione naturali poſte offendit,
quare ſummonerē debent ſtudere Philosophi in
ſoluendis argumentis contrarijs: poſſet quidem
dici, quōd anima rationalis, quamvis materialis,
eſt immortalis: ſicut coeli licet materiales, ſunt
tamen immortales, quare hæc duo non ſe infalli-
biliter conſequuntur: Eſt materiale, ergo eſt incor-
ruptionib; attamen communiter Philosophi hoc
inferunt: Anima rationalis eſt ſpiritalis, ergo im-
mortalis, quæ regula ſi eſet vera, iſta quoque eſ-
et vera, quod eſt materiale, eſt mortale; ſi enim
ſecondūm eos, quod eſt ſpiritale, ſit immortale,
ergo quod eſt materiale, eſt mortale, & hoc ſe-
cundūm regulas Logicas, ex oppoſito enim an-
tecedentis ſequitur oppoſitum conſequens.

Verū quia diximus principalem nodum
difficultatis conſisteret in ſoluendis difficultati-
bus, ſeu obiectionibus, quibus impugnari ſoleat
modus, quo informant anima rationalis ipſum
corpus, idē nunc adducendæ ſunt, & diluendæ,
ſi tamen prius indecauerimus, quomodo poſſi-
ble ſit rem indiuſibilem informare materiam
diuſibilem? & hoc non poſſunt probare Philo-
ſophi, ſed tantummodo exemplificare exemplo
deſumpto ex modo, quo Deus, & Angelus ſunt
alicubi; nam Deus ita eſt in hoc cubiculo, vt ſit
totus in toto, & totus in qualibet parte eius;
item Angelus, ſimiliter & anima rationalis to-
tum informant corpus, & eſt tota in qualibet cor-
poris parte: Ratio huius rei eſt, quia cum ſpiri-

tualia ſint indiuſibilia, non poſte pars eſſe in
parte; quia ſpiriale non habet partes, ergo cum
anima rationalis ſit ſpiritalis, erit tota in toto,
& tota in qualibet parte corporis; ſed quia non
aduerit dictam ratiocinationē eſte ab ignoto ad
ignotum; tam enim ſaltē difficile eſt compre-
hendere, quomodo Deus, & Angelus ſint in loco,
atque ipſa anima rationalis, niſi velis dicere,
quōd adhuc faciliū ſit intelligere, quomodo
Deus, & Angelus ſint in loco, quā anima rationalis;
nam Deus, & Angelus non ſunt in loco
informatiū; at anima rationalis eſt in corpore
informatiū; diuſillum autem eſt comprehendere,
quomodo forma diuersi ordinis infor-
met materiam alterius ordinis? ſufficit itaque
ſoluere rationes in contrarium, vt ſaltē oſten-
dam non repugnare, quōd forma ſpiritalis in-
formet materiam diuſibilem.

Obijci ergo ſolet primō: Si anima eſſet in
diuſibilis, & tota in toto, & tota in qualibet
parte, ſicut compositum ex materia, & anima
rationali eſt homo, ita caput eſſet homo, quia
caput eſt quādam materia; anima autem ratio-
nalis eſſet tota in eo; nam ſic fieret argumen-
tum: Vbi eſt tota anima rationalis, ibi eſt ho-
mo: ſed per te in capite eſt tota anima rationalis,
ergo caput eſt homo.

Reſpondeo compositum ex anima rationa-
li, & materia eſſe hominem, non tamen ex qua-
libet materia, ſed ex materia proportionata,
conuenienti, & integrali; ſolum autem caput
non eſt materia proportionata, conueniens, &
integrali pro anima rationali, ſed illa tota ma-
teria organica conſtant ex corde, capite, iecore,
& alijs partibus integrantibus.

Obijcies ſecondō: Abſcindatur brachium
homini, vel depetratur pars anima infor-
mantia, ſed ex materia proportionata,
conuenienti, & integrali; ſolum autem caput
non eſt materia proportionata, conueniens, &
integrali pro anima rationali, ſed illa tota ma-
teria organica conſtant ex corde, capite, iecore,
& alijs partibus integrantibus.

Reſpondeo in illo caſu ad abſcifionem bra-
chij, non abſcindī partem anima: quōd ſi dicas:
ergo retrahitur anima: Reſpondeo neque de-
perdi, neque retrahi, ſed dicitur anima de nouo
informare illam partem additam, & in ab-
ſcifione brachij definiſt anima informare par-
tem abſcifam, eo modo, quo dicunt Theologi,
quōd corpus Christi incipiat eſſe ſub ſpeciebus
panis immediate poſt verborum sacramenta-
lium prolationem, deſinatque eſſe ſub ſpecie-
bus panis ſlatim, atque corrumpuntur species,
ſeu accidentia panis; non enim dicitur Christus
aduenire de nouo, aut extendi: Item neque ad
corruptionem ſpecierum dicitur Christus de-
perdi, ſed tantummo deſinere eſſe.

Obijcitur tertio: Extra illud, in quo eſt to-
tum, nihil aliud ſupereſt; ſed per te tota anima
rationalis eſt in capite, ergo nihil anima eſt ex-
tra corpus.

Reſpondeo: Vbi eſt totum exclusiū, con-
cedo, quod nihil ſit extra illud in capite quidem
eſt tota anima rationalis, ſed non exclusiū, eſt
enim

Num. 12.
Anima ra-
tionalis eſt
indiuſibilis,
ratione que
in contraria
ſoluuntur.

Obj. primō.

R. p.

Obj. ſecon-
do.

R. p.

R. p.